

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Philippi Phinellæ De Revolvtionibvs Annorvm

Phinella, Philippus

Antverpia, 1650

De septem Planetis collocatis in duodecim domibus celestibus. Caput VI.

urn:nbn:de:gbv:45:1-3564

20 De Reuolutionibus Annorum.

ea bona mobilia emet.

Si tempore reuolutionis ascenderet signum Aquarij, homo erit proclivis ad Satiras, & maledicentias; & præsertim vicijs, & malis moribus erit valde abundans.

Si tempore reuolutionis ascenderet signum Piscis, homo suum solitum excedens, ad superbiam pronus videbitur.

Bene verum est, quod semper consideratio debet esse in promptu, obseruando, si due fortunæ, an due infortunia signa in ascendente respiciant, quia dubitandum non est, ex illorum aspectibus meliorem, aut deteriorem reddi eorum significatum, & consequenter bonas, aut malas hominum propensiones.

De septem Planetis collocatis in duodecim domibus celestibus.

Caput VI.

Si Saturnus tempore reuolutionis reperiatur in illomet signo, in quo reperiatur tempore Natiuitatis, & dictus Saturnus erit bene configuratus, & bene intuitus a beneficiis radijs fortunarum luminarium significat natum reponendum esse in dignitate magna admirationis; & si dictus Saturnus erit in uno angulorum, & præcisè in medio cælorum denotat habitum magnum dominium in rebus Regnorum, & Ciuitatum; sed si caderet in angulo, septimo, bona causa mulierum promitteret.

Si Saturnus tempore reuolutionis erit in loco Iouis, id est in loco, ubi tempore Natiuitatis Iuppiter morabatur; & signum ascendentis ant pars fortunæ, aut Sol erunt in locis diurnis, & Luna in lecis nocturnis significat natum potiturum boni status, & felicitatis in omnibus illis rebus in genere, quas anno huius reuolutionis tractabit; luxurabitur causa terrarum, Fratrum, & claustrum Monachorum.

Si vero in genitura reuolutionis erit male collocatus, id est male aspectus a radijs Solis, & Lunæ nihil boni tali anno habebit natus,

imo.



imo discordias cum suis amicis, & cum suis proprijs consanguineis

Si Saturnus tempore revolutionis erit in loco Martis, id est vbi Mars erat tempore Natiuitatis, præmonstrat natum facturum itinera, habiturum bonam familiaritatem cum fratribus, & amicis, faciet multa negotia, & sua consilia æquiboneque facient ab hominibus.

Sed si Saturnus tempore revolutionis reperietur in loco vbi tempore natiuitatis erit Sol, & ille esset in ascendenre, vel tamen esset cum parte fortunæ illo anno dabit nato impedimenta, angustiam, & ansietatem causa locorum, Ciuitatum, & Regnum; nec non vitiositates cum iniurijs, & præfertim causa mulierum sentier maximas vexationes, & tristitias.

Si Saturnus tempore revolutionis erit in loco Veneris, huiusmodi revolutionis anno faciet itinera, & se pè sua mens erit in cogitationibus libidinosis, qna de causa noctu sèpè pollicetur.

Si Saturnus tempore suæ revolutionis erit in loco Mercurij, illo anno patietur diminutionem inselle etus, prauitas, & malitia augetur, se diversis, varijsque periculis exponer, & si quædam ex his revolutionibus cadet in tempore maturo sene & utris afferer ei maximam mestitiam, & feruentes cogitationes.

Si Saturnus tempore revolutionis erit in loco Lunæ afferet damna notabilia causa mulierum cum perioris submersionis, & præfertim frigidorum morborum.

De Ioue. Caput VII.

Quando Iuppiter revolutionis tempore erit in loco, vbi reperiatur Saturnus tempore natiuitatis, hominem reddet illo anno avarum, & tenacem, & in genere in omnibus suis actionibus, & petitionibus erit auidus, & dabit etiam hoc tempore reconciliationes aliorum amicorum.

Quando Iuppiter erit in suo loco, id est vbi fuit radix suæ natiuitatis præbebit diuitias, & disiderium, colendi partes ante hac non cogitatas.

Quando reperiatur in loco Martis denotat habiturum substantias itinerum causa, sicut etiam causa armorum, & hominum Militarium.

Quan-